dixerim · animorum libro caespitibus ualidis fetur a nobilis iuncta maritat.
illae mentes promittunt poma concordiae · quae quid in cultura sudoris
sit opus agnoscunt · gaudeo tamen quod iam indissolubilis societate mori
bus iungimur · et ab ostio affectionis · per examinis lancem caritatis
incrementa pensamus · BENEDICTIO · CEREI ·

Dignum et iustum est · uere dignum et iustum est · ut quod a te domine acce
pimus pretio saltim uoce soluamus · et licet nostra lingua auctoris sui benefi
cius digno nequaquam respondere possit affatu · uult tamen diuino ministe
rio proficisse quod facta est · nam cum ceteris animalibus hebetata caligan
tium crassitudo sit sensuum uernat in hoc dispositione dominica hominum
factura praestantior · quod sola uberius potest sentire factorem · quae tamen
cernuis est socianda recte pecodibus sic caelestis ignara muneris uelut elin
guis beneficia diuinitus concessa concludat · nam ut absolui et a crimine in
holochaustis mysticis non habere quod offeras ita digna piaculo res est offe
renda subtrahere pari namque iudicio censendus est et qui numquam loquitur pro na
tura · et qui quod loquitur non reddet auctori · Idcirco domine stupendi huius
opifex elementi aliquam tibi a nobis reddi credimus humilis satisfactione par
ticulam · quod totum cognoscimus nos debere · quis enim alius praeter te mundi
fabricam perpendiculatam repentinae iussionis exactam befida auctori
tate solidauit · cum primum praecepti tui miraculo terra coagolaretur
in pelagus · et deductas deinde aquarum in praessionibus illa naufraga
post staret · cuius etiam nisi tuae inuestigabilis fotu iussionis suscep
ta germina nutriuntur · qui calorem gignit infusis qui umorem stil
lat arentibus · qui nisi dominus noster succidua iungit temporibus tempora quorum
terrae foetus nunc igne feruescant · nunc glacie temperentur · nunc
tepore animentur · nunc bibulo liquore consurgant · quis haec omnia
et fecit ex nihilo et per lucis ianuam a perpetuae noctis furua densi
tate discreuit · fecitque perenniter laudanda dispositione piissi
mus post lucis claritatem non horreri tenebras reuertentes pro
dierum dies quis te uel dignus aut facundus laudatore loquitur
cuius terminata distributio succedenti uarietate fit gratior · quo
iubente dulcior lux est quod aliquando desinit quam si iugiter
permaneret · Ecce illa nox quae mundum actenus iugo crude

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0034